



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCXI. Der König Wenzel bestätigt dem Bischofe und Domstift seine Privilegien, am 15. Febr. 1377.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

decedentis vestes meliores cum superpellicio, equum optimum eum suis pertinentiis, librum viaticum, Codicem, unum par lintheaminum, cultellum, meliora seu eorum valorem tulit hactenus et percepit pacifice juxta Magdeburgensis et Brandenburgensis ecclesiarum et dioecesis morem et antiquam ac legitime prescriptam consuetudinem et longevam observantiam, quibus et quia alii dictarum ecclesiarum et dioecesis prepositi in suis preposituris seu archidiaconatibus hactenus talia tulerunt et perceperunt, et ipse prepositus Brandenburgensis deinceps talia vel eorum valorem tollere et percipere deberet et posset, prefato domino duce dicente, hoc de cetero fieri non debere, super qua controversia in predictos Gerardum et Rudolphum compromiserunt ac eos hinc inde sponte in arbitratore elegerunt, qui, inquam, arbitratore, hujusmodi mandato recepto, in dictorum dominorum, Thiderici episcopi, Wentzslai ducis et Hentzonis prepositi et aliorum plurimorum presentia personali in hunc modum pronunciaverunt, dicentes, quod dominus prepositus Brandenburgensis cujuslibet plebani, in sua prepositura seu archidiaconatu decedentis, vestes meliores cum superpellicio, equum optimum cum suis pertinentiis, librum viaticum, Codicem, unum par lintheaminum, cultellum, meliora seu eorum valorem de cetero tollere et percipere deberet et posset ac in jure predicto et juxta morem, consuetudinem et observantiam supra scriptam, quia sic hactenus fuit et est observatum, ulterius in antea permanere deberet. Quam quidem pronuntiationem dicti dominus dux et prepositus statim ratam habuerunt sponte et emologarunt. Acta et facta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, pontificatu et loco, quibus supra, presentibus honorabilibus viris dominis Bernardo dicto de Schulenborch, celerario ecclesie Halberstadenfis, Apetzkone de Tymenge, preposito in Berlin, Johanne plebano in Beltitz, Gevarado Mukum, altaris in dicta Beltitz, presbyteris, nec non Gerhardo dicto Koto, Henningho dicto Grote, Johanne dicto Zanterfleve, laicis Brandenburg. dioecesis et aliis pluribus fide dignis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes, dictus Grunevelt, clericus Brandeb., publicus imperiali auctoritate notarius, dictis compromissioni, arbitrorum electioni, pronuntiationi, pronuntiationis ratihabitioni et emologationi ac omnibus et singulis premissis, dum sic agerentur et fierent, una cum prenominationis et testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, inde presens instrumentum publicum propria manu scribendo confeci et in hanc publicam formam redegi signoque meo et nomine solitis et consuetis signavi requisitus in testimonium omnium et singulorum premissorum.

Nach dem Originale.

CCCXI. Der König Wenzel bestätigt dem Bischofe und Domstift seine Privilegien,
am 15. Febr. 1377.

Wir Wentzlaw von Gots Gnaden, Romischer Kunig etc. bekennen etc., das wir mit wolbedachtem Mute und mit gutem Rate unser Getrewen dem erwerdigen Ditrich, Bischoff zu Brandenburg, dem Probste, dem Prior, dem Capitel und dem Stifte doselbst in Brandenburg alle ire und des Stiftes zu Brandenburg Rechte, Freiheite, Gnade und guthe Gewonheit und ire Hantvesten, Privilegien und Brive, die sie von Fürsten und Fürsinn der Marke zu Brandenburg haben uber solche ire Rechte, Gnade, Vreiheite, Lehenne, Lehencheffe, Manscheffe, Pfantscheffe, Eigen und Guter, bestetigt, besetet und confirmirt haben, beseteten, bevesten und confirmiren in dieselben und auch die Brive, die sie doruber haben, gleicher Weis, als ab sie von Worte zu Worte hierinn begriffen

Sauptsh. I. Bd. VIII.

weren, mit Kraft dis Brieves, rechter Wissen und als ein Markgraf zu Brandenburg, also das sie bey sulchen iren Rechten, Vreyheiten, Gnaden, Pfantscheften, Lehenscheften, Manscheften, Lehnen, Eygen, Gutern und Briven, die sie doruber haben, beleiben fullen, gemechlich von uns, unfern Nachkomen, Markgrafen zu Brandenburg, und allen unfern Amluten und Getrewen ewiglich ungehindert. Mit Urkunde dis Brieves etc. Geben zu Prage, nach Crists Geburd dreytzechen hundert Jare und in dem sieben und siebentzigsten Jare, am Sontac Invocavit, unser Reiche, des Behemischen in dem vierzehenden, und des Romischen in dem ersten Jare.

Nach dem Originale.

CCCXII. Notarielles Instrument über ein Schreiben des Herzogs Wenzel von Sachsen an den Domprobst, wegen Erlasses der geforderten Synodalien im Dorfe Rostock, vom 7. März 1377.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatís ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo septimo etc. in castro Brandenburg. in cenaculo estivali honorabilis domini Hentzonis prepositi ecclesie Brandenburgensis in mei notarii publici subscripti et testium infra scriptorum presentia personaliter constitutus idem dominus Hentzo prepositus quandam literam magnifici principis, domini Wenzeslai, ducis Saxonie et Luneburg., sigillo ejusdem domini ducis sigillatam produxit, requirens me notarium, ut eandem literam de verbo ad verbum fideliter auferentem et transumerem ac in publicam formam redigerem. Tenor vero ejusdem litere etc. fuit et est talis: Wentzlaus von Gotes Gnaden tzu Sachsen und tzu Luneburg Hertzog, honorabili viro preposito ecclesie Brandenburgensis, amico nostro speciali etc. unser Freuntschafft tzuvor. Erfamer, lieber, befundern Frunt, wir bitten euch mit gantzer Begherunge fleisslich daz in dessem genwertigen unsem Pharrer tzu Rostok, von dem ir euwer Rechticheit als Synodalia furdert und heyschet, daz ir ym der tzu deser Tzeit umb unsen Willen verhebit und uns deser Bete tzwidet. Des wollen wir sunderlich gen euch und euwer Gotthaus vorschulden, wenn sich daz gebort. Geben tzu Beltz am Sunnabende vor Letare. Acta et facta sunt hec anno etc. quibus supra, presentibus discretis viris Henningho Louborch et Johanne Velkener laicis etc.

Ac ego Conradus, dictus Palmedach etc.

Nach dem Originale.

CCCXIII. Der Bischof Dietrich verspricht dem Domcapitel, für jede Visitation des Stiftes mit vier Mark sich begnügen zu wollen, am 8. März 1377.

Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis dilectis in Christo nobis preposito et capitulo ecclesie Brandenburgensis salutem et sinceram in domino caritatem. Quoniam intelleximus, quando de conventu vestro fueramus, statutum a predecessoribus nostris episcopis, de consilio et consensu predecessorum uestrorum et inter ipsos concordatum, quod singulis annis episcopus visitans vos juxta sacrorum canonum instituta contentari consuevit et debuit quatuor marcis argenti